



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Formulare Aduocatoru[m] et Procuratoru[m] Romane  
Curie et Regij Parlamenti**

**Katholische Kirche / Curia Romana**

**Hagenaw, 6. März 1503**

**VD16 F 1887**

Secu[n]dus tractatus. j

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70733)

# De terminis dilatōnis ordīs

## Tractatus. II. Titulus. I.

**C**um a personis que digniores ipsis rebus sunt: ut insti. de iure na. ge. z ci. §. fi. p̄mittendū est Et sciendū q̄ in q̄cunq; iudicio seu arbitrio q̄cunq; p̄sone sunt necessarie. s. Iudex. actor. reus. z notari⁹. vt. c. Forus. extra de h. sig. z. c. qm̄ cōtra. de p̄ba. et interdū dīc̄ testīū: vel alia p̄batio loco testīū: vt. c. iij. q. iij. Item sciendū est q̄ Actor est ille qui petit vel agit. et Reus est ille q̄ defendit se. Iudex est superior eorū ordinarius v̄l delegatus. vt extra de offi. dele. p̄ totum.

### De oblatione libelli

ij.

**I**tem sciendū q̄ actor dat. i. tenet dare suū libellū in scriptis: p̄sertim in caus̄ arduis: vt. c. j. d̄ libello. obl. narratē factū suū z p̄cludētē. v̄l petitiōez v̄bale in q̄ p̄iter narret z p̄cludat. vt i auten. offerat. l. d̄ li. p̄te. et c. offerat. iij. q. iij. Et Notari⁹ seu scriba p̄ iudicē d̄putat⁹ eā recipiat z teneat. z etiā oīa alia q̄ p̄ p̄tes ip̄as v̄l eaz. p̄ curatores v̄l aduocatos seu alios noīe eaz: z p̄ eis seu iudicē dicit: vt i c. qm̄ d̄. d̄ p̄ba. et redigit i act̄. Et d̄z p̄tinere libell⁹ seu etiā v̄balē petitiō q̄nq; s. q̄s petit. a q̄ petit. q̄d petit. z cām q̄re petit: z b̄ i actiōne p̄sonali. in reali v̄o d̄signatōez p̄formē: iuxta. l. si i rē. ff. d̄ rei v̄d. cōfirmatōis. Un̄ v̄sus. Quis: q̄d: corā q̄: q̄ iure petat: z a q̄. Recte cōposit⁹ q̄sq; libell⁹ erit. Nos v̄sus ponit rex. cū glo. in. c. j. extra d̄ libel. obl. Et interdū ipe actor dat libellū articulātū p̄ p̄sitiōes z articulos. et i fine dat p̄clonē. et v̄lteri⁹ in fine petit r̄nderi p̄ reū in q̄s tū d̄z i libello seu petitiōe iusticiā sibi m̄strari iplorādo iudicē offm̄ in his i q̄b; fuerit optunū: q̄d ē latissimū i. l. j. ff. d̄ iurisdī. om. iudi.

### De petitiōe copie libelli

ij.

**E**us v̄o citat⁹ p̄us p̄ fuentē v̄l curatū v̄l aliū nūciū iurātū: v̄l als in iudicio rept⁹: petit copiā libelli v̄l petitiōnē p̄tra eum oblatorū v̄l articlorū p̄ eū datorū: et dīc̄ ad deliberādūz an debeat credere v̄l p̄tēdere: ac q̄d z q̄līf debeat dicto libello respōdere sibi assiḡre. et iudex eundē terminū sibi assiḡt. nec debet v̄l p̄tē sibi hūc denegare. ad. j. alle. in auten. offerat. dat sibi dilatōez ad octauā. vel interdū ad p̄mā diē iuridicā: si tale negocium req̄rit celebritatē: vt cum agit de alimēt̄ p̄stādis: vel repatiōe vel sustēratione dom⁹ ruinosē minant̄ ruina z danc̄ dānum domui vicinī: vel ars restatiōe hoīs fugitiui: z silib; vel alijs fm̄ stilum curie.

### De litis cōtestatione

iiij.

Quid est libellus  
vide glossa r  
de lib. obl.

Deasus

redere

no  
Deas



Te adueniente dicta die ipsi reo p̄fixa z assignata si nō cōpar  
 reat actor nec re⁹ tal' t̄min⁹ circūcidit. id ē stat sic i suspensio.  
 et nihil aliud fit ex q̄ neuter cōparet. Si nō actor nō cōparet  
 nec pcurator p̄ eo: tūc re⁹ absoluat: z actor i exp̄ct p̄ reū facti con  
 dēnct. vt c. j. d. do. z ptu. li. vj. nec ampli⁹ actor audit nisi p̄us pdicti  
 exp̄ct solus z data cautioe q̄ d̄ ceto i cā cōpareat z eā p̄seq̄t. vt ca.  
 actor. p̄all. Si at̄ nō cōparet re⁹ s; actor: tūc p̄ actor ē defect⁹ vl' p̄tus  
 macia s; reū accusat. z p̄cedit p̄ iudicē vl' f̄ior p̄cessus si nō se excuset  
 re⁹ aliq̄ legitimo ip̄edimēto: qz tūc h̄ p̄ excusato. qz t̄im ip̄edimē  
 tū sp̄ excusat p̄ cōia iura: v̄puta. si est; capr⁹ vl' infirm⁹. vl' p̄ supio  
 re suū detēt⁹ vl' p̄ hostes z filia: tūc assignat sub alia dilatioe cōpe  
 ten. s. ad p̄mā vl' aliā s; distātia viarū z cause actēporū z patrie acp̄  
 sonarū q̄litate. z h̄ ē ad arbitriū iudicis. Fac ad b. c. si. d. trasac. z c. cū  
 sit. de ap. Die adueniente cōparete actore req̄rat re⁹ vt r̄ndeat libel  
 lo actoris cui r̄ndere tenet. vel causā dicere q̄re r̄ndere nō tenet. et  
 ad hoc termin⁹ sibi assignat ad aliquā diē sequen. Nec hoc p̄t s; s;  
 bi denegare. qz die adueniente debz ip̄e re⁹ vel ei⁹ pcurator p̄ euz in  
 p̄ncipio cause vel post i iudicio vel extra cōstitut⁹ legitime q̄ onus  
 assūpsit vel p̄ ei⁹ aduocatū dare in sc̄ptis. vel p̄ponere v̄bo excepti  
 ones q̄re nō tenet r̄ndere libello ipsi⁹ actoris cōtra eū dato. v̄puta  
 ta qz ip̄e libell⁹ est min⁹ generalis indebite specificās. vel incertus  
 obscur⁹ vl' alternatiu⁹: negatiu⁹ seu captiosus. Vel dicere q̄ actor  
 est excōmunicat⁹ maior: i excōmunicatioe. sic nō potest agēdo stare  
 in iudicio. Et iste z sil'es; exceptiōes sunt dilatorie. Vel possit op̄  
 poni exceptio decliatoria. vt qz est cleric⁹ cōuētus in iudicio secl'as  
 ri sup̄ actioe reali. de quo i illo iudicio nō tenet r̄ndere. Vel qz ē lai  
 cuo cōuētus in iudicio eccl'astico. vt c. causam. ij. q̄ si. sint le. Vel in  
 actioe p̄sonali vbi nō est iuratu: z similia. Et nisi consuetudo curie  
 haberet q̄ laic⁹ sup̄ bona fide p̄t ibi p̄ueniri q̄ valet. z petat se re  
 mitti suo iudici cōpetēti. Et iste exceptiōes decliatorie vl' recusatio  
 nes iudicis fieri p̄nt z p̄poni vsqz ad lit. p̄test. exclusiue. S; tūc⁹ est  
 q̄ in p̄ncipio z in p̄ma dicta vel in secūda p̄ponat p̄ cōmunia iura:  
 p̄sertim excusatio iudicis. qz si cōsensisset in aliquē actū q̄ nō p̄t fie  
 ri p̄ iudicē. vel corā eo nō poss; postmodū talē iudicem recusare. qz  
 quē sel' approbauit nō possum erpost reprobare. c. j. d. iud. z c. cui⁹ i  
 agēdo. ij. q. viij. cū si. Ad b. c. inē mōasteriū. z ibi glo. ple. q̄ icipit. q̄  
 cūqz. extra d̄ re iud. Et fac cāsinuāte. d. of. dle. vbi d̄r. q̄ p̄ lit. p̄te. ex  
 cā nouit supuēta: vel ad ei⁹ noticiā deducta p̄t iudex recusari. U  
 etiā p̄t opponi cōtra talē libellū vna cum trib; exceptionib; pem  
 proz ijs: scz de lite finita vel transacta vel iudicata vel concordata.

De actore nō  
 competere



## De terminis dilatoris ordis

vel pactū d̄ nō petēdo factū p̄ autorē reo. vel solutionē si in cōtinēti  
p̄batio offerat. al's nō ipeditēt iste due r̄sionē seu lit̄ p̄restatiōem  
vt i c. j. de lit̄ p̄rest. li. vj. z si. Et casu q̄ nō dederit re<sup>o</sup> exceptōes con  
tra dictū libellū. v̄l posito q̄ det si nō fuerit illis sufficiēter r̄suz.  
p̄ iudicē ordiabit̄ fore r̄ndendū dicto libello p̄ reū: nō obsta<sup>n</sup> exce  
ptiōibz i oppositū. z mouebit̄ p̄ iudicē eccl'iasticū vt r̄ndeat sub pe  
na excōicatiois. q̄ si nō r̄ndeat excōicabit̄ p̄ p̄tūacia z iobediētia. z  
p̄ iudicē secl'arē pigneribz. v̄l alia pena arbitraria ad r̄ndēdū p̄strin  
gū. vt c. tua. extra vt lit̄. nō p̄te. cū si. Et tūc r̄ndebit̄ re<sup>o</sup> affirmatiue  
v̄l negatiue dicto libello v̄l petitiōi q̄ eū datz: p̄cedēdo p̄tēta i eo vel  
ea negādo. dicēdo sic. Ego dico narrata put̄ narrat̄. z p̄tēta i dicto  
libello nō fore vera. neqz petita fieri debere aīo lit̄ p̄rest. Et p̄ mos  
dos p̄dictos z r̄sionē factā libello affirmatiue v̄l negatiue fit lit̄  
tis p̄restatio q̄ ē fundamētū p̄ncipale totū<sup>o</sup> p̄cessus. z ea omīssa pro  
cessus ē null<sup>o</sup>. Et ex tali p̄cessu nulla snia debz ferri nec seq. imo. p̄  
p̄ter nullitatē p̄cessus iudicaret̄ snia nulla: vt c. j. extra d̄ lit̄ p̄te. z i  
c. dudū. ij. de elec. nisi fiat totū petitiōi v̄l libello vt ibidē. q̄ libell<sup>o</sup> est  
tāqz totū v̄l gen<sup>o</sup>. z positiōes z articl'i sūt tāqz p̄es z spēs descēdē  
tes ex libello. Un̄ vide pleniorē differētia inē libellū z articulos

*De linc̄ p̄restatōe*

### De iuramento calumnie

v.

Unde post lit̄ cōtestatiōez statim p̄stat̄ iuramētū calūnie si  
actor h̄ req̄rat. z idē si re<sup>o</sup> h̄ req̄rat. Un̄ si actor recuset cadit  
a cā. qz p̄sumit̄ coīpo qz iurare recusat qz foueat cāz iniquā  
Si v̄o re<sup>o</sup> recuset illd̄ p̄stare p̄denari p̄t. qz nō p̄sumit̄ h̄ie iustaz  
cām defēdēdi z h̄iet p̄ p̄fesso. vt c. fi. d̄ iura. ca. p̄t tū tacite omitti si  
nō petat̄ p̄stari vt c. j. §. j. e. ti. li. vj. Et si petat̄ p̄stari z nō p̄stat̄: p̄ces  
sus ē null<sup>o</sup> vt ibidē. Et iō cauillo si aduocati petūt illd̄ p̄stari i fine  
libelli v̄l alicū<sup>o</sup> exceptōis v̄l sc̄pture. Et si p̄ aduersariū n̄ p̄stet: p̄  
cessus iudicabit̄ null<sup>o</sup>. z p̄denabit̄ ille q̄ recusauit p̄stare i expēs to  
tius p̄cessus. Un̄ illd̄ iuramētū calūnie p̄tēt q̄truo: v̄l q̄nqz. Pri  
mo qz actor iuret z etiā re<sup>o</sup> qz credit h̄ie iustā cāz. Itē qz nō v̄tet fal  
sa p̄batōe. Itē qz si infrogat<sup>o</sup> fuerit r̄ndebit̄ v̄ritatē d̄ h̄is q̄ sciet. Itē  
qz n̄ corūpet iudicē neqz testē. Itē qz n̄ petat̄ frustratoriā neqz ma  
liciosaz dilatōez. Un̄ v̄sus. Itē iuret qz lis sibi iusta videt̄. Ut lis  
tardet dilatio nulla petet̄. Nil p̄mittet̄: nec falsa p̄batio det̄. Et si q̄  
ret̄ v̄z nō inficiet̄. Nos v̄sus ponit̄ glo. i c. j. extra d̄ iura. calū. Un̄  
debz p̄stari p̄ p̄es p̄ncipales. vel p̄ p̄curatores p̄uataz p̄sonaz p̄  
iconomos eccl'iay. p̄ syndicos vniuersitatū habētes ad h̄ sp̄calem  
p̄tātē. c. fi. de iura. ca. li. vj. al's ad hoc iuramētū p̄standū nō deberēt  
admitti: vt dicit̄ ibidem.

*no*



De iuramento malicie vj.

**I**te sciendū est qd ē aliud iuramētū: qd dicitur malicie. s. qn iudex videt pte aliquā vl pcuratorē petētē dilatiōem frustratoriā faciat illū iurare an s petat ex malicia. et i sibi. et illō iuramētū pōt exigi z debet p̄stare in q̄cūq; pte litē qn cūq; reqrit a iudice in cā pncipali z etiā appellatiōis: vt in c. ij. co. ti. li. vj. et dicitur de casof riu qd dat a pte p̄ci. et qn ps videt qd nō pōt pbare suā intētiōē in totū: siue sit actor siue sicr: vult stare iuramēto p̄ aduerse vel iurare: s n pōt recusari. vt. l. manifeste. ff. de iureiurā. q dicit qd manifeste turpitudis est: nolle iurare vl nolle deferre. Uel qn ps altera bz semiplenā pbatiōē p se. s. vnū testē q nō facit plenā pbatiōē: tūc iudex dat iuramētū illi p̄ hūi talē testē. vel iterdū aduersario suo: inspecta q̄litate psonay z q̄litate z q̄ntitate cause. hoc est sibi arbitrariū cui illō cōmittat. vt. l. bone fidei. l. de re. cred. z ff. de iureiurā. l. i. iurādū. z. c. fi. extra de iureiurā. Et ista iuramēta dicuntur de casof ia. qz decidit litē in defectu aliaꝝ pbatiōē. et est magnū releuamē pbatiōis: z maxie efficacie: et magnū remediū ad lites faciē alit̄ decidēdū z terminādū: q debent cito decidine sint imortales. qz ptes p eas releuant a laboribz z expē. z mlt̄ alijs dānis z icōs modis libant̄: vt c. fi. d dolo z p̄tu. et c. litigātes. extra d of. or. li. vj.

De positionibus et articulis vij.

**O**st iuramētū calūnie p̄stitū petit actor ēminū ad ponēdū et articulādū. i. ad dandū positiones z articulos. et sibi datur cōiter i Ro. cu. put sup̄ i alio tractatu declaratiū ē de ēmis et actibz. sed iste ēmi<sup>o</sup> olim solebat teneri ad. xxx. in caus̄ civilibz. in alijs vō inferioribz. s. eccliaſticis z bñficialibz ad. xx. In alijs causis inferioribz dat cōit̄ ad. viij. vel al's fm stilū curie z q̄litate negocij z p̄nū z distātiā locoz: vbiōgior arbitrio iudicis. vn̄ positiones d̄bet formari ex maſia libelli q in p̄ozibz ampliat: vt magis qz in libello declarat̄: specificat̄: extēdit̄. Quibz in iudicio dat̄ p̄ reū petit̄ r̄ndere r̄cis p reū q petit̄ copiā z sibi dat̄. z ēmi<sup>o</sup> sibi assignat̄ ad r̄ndēdū eis dē simplr. Qua r̄nsiōe facta petit actor r̄ndere medio iuramēto. et re<sup>o</sup> petit̄ p̄mo ipos articulos adiuuari z asseri p actorē medio iuramēto singlarit̄ z diuisis. al's re<sup>o</sup> n̄ tenet̄ r̄ndere medio iuramēto eis dē. c. p̄nū. d. test. li. vj. qz n̄ debēt actor z re<sup>o</sup> ad imparia iudicari. i. nō licet vni qd n̄ liceat alteri. c. j. z. ij. de mutu. pec. z in reglā. Nō licet. de reg. iu. li. vj. Et etiā ex alio. qz ptes pncipales q meli<sup>o</sup> sciūt z scire p̄sumunt v̄tate debēt asserere z r̄ndere sciēt. vt i. c. pastorat. de iud. z. l. fi. l. d. p̄cura. tanqz legaliores. qz inēdū pcuratores solent cauillare z v̄tate occultare vel celare. Et ipis asser cū iuramēto



## De terminis dilatoris ordinis

to p actorē pntem vel ei<sup>9</sup> pcuratorē instructū. pmo p actorē pntēz cū iuramēto: aut p pcuratorē cū speciali mādato de sic asserendo. tūc re<sup>9</sup> rñder z rñdere cogit dicit articulis cū iuramento suo. Quā rñsione facta vel visa p actorē: si nō rñdit oibz: vl nō rñdit sufficiēter z clare: cogit itēz rñdere illis: actorē s̄ req̄rēte p remedia iur̄. s. p iudicē ecclīasticū: p sniam excōicatiois: vl p iudicē secularē: p ar̄ restationē p̄sone: vel pignoz suoz: captōez: vel pene pecuniarie impositionē: vel alias penas arbitrarias. Tū si re<sup>9</sup> post iuramētū ves ritar̄ vel calūnie p̄stitū iussus a iudice respōdere nō rñdet: etsi p̄tū maacter recederet: haberet p p̄fesso. vt. c. ij. de p̄fess. li. vj. Tū postitōni negatiue nō tenet rñdere: nisi eq̄tate suadente iudex eā duceret admittendū. vt. c. j. de p̄fess. lib. vj. qz q̄ negat nihil ponit. et ideo negatiua positio vix p̄t p̄bati. ideo dicit in. c. veniēs. extra de v. sig. qz pl<sup>9</sup> credit duobz testibz idoneis p̄cordibz sup affirmatiua q̄z cētuz sup negatiua. qz negat̄ factū nulla est directa p̄batio p rez naturā in c. qm̄ cōtra. de p̄ba. in p̄n. z in. c. bone. j. de elec. vltra mediū.

## De admissiōe articuloz z pductōe testū viij

Inde actor admittit ad pbandū suos articulos z positioes  
o sibi negatas p reū. et tūc pōt pducere pte pntē: vel ea vocata z p̄tūmāc̄ absente: in ei<sup>9</sup> p̄tūmāciā testes vel instr̄a. et citant̄ testes z etiā citati pducant̄ p ipm̄ actorē: et recipiunt̄ p iudicē iurati. et debēt deponere veritatē quā sciūt seu nouerint in ipa causa. Et nō debēt venire spōtanei seu volūtarij: sed rogati. vt in auren. Rogati. l. de testibz. qz tūc se ingererēt z essent suspecti. l. qz oia. ff. de p̄cur̄. vbi d̄z qz q̄ se igerit suspect<sup>9</sup> est: siue sit pcurator siue testis. et eis obijceret̄ p reū seu aliū p̄tra quē pducerent̄. qz non debet eis dari fides. et debēt citari. etsi nō cōparuerint in p̄ma citatiōe: debēt excōicari p p̄tūmāciā: z interim citari toties q̄s qz cōpareāt. qz al̄s iudiciū redderet̄ in inuitū. l. inter stipulantē. §. socia. ff. de v̄bo. obli. ad h̄ si q̄s in ius vo. nō ic. l. j. Si aut̄ essent nobiles vl egregie p̄sone aut infirmi vel mulieres q̄ nō debēt vocari in iudicio nec ibi venire p̄sertim religiosi vel captiui: iudex vadat vl mittat ad tales. ff. de iureiuran. l. ad p̄sonas. et. c. ij. de iud. li. vj. c. si q̄ testū. extra d̄ testū. z in domo talium p̄sonaz recipit̄ iuramentū tale. In Frācia tū ecclīastic<sup>9</sup> iudex impetrare solet territorii a curia regia vel ei<sup>9</sup> officiario ad hoc faciendū. quia rex p̄ndit qz iudex ecclīasticus extra loca sacra vel religiosa nullā iurisdictionē exercere potest. Successiue quando testes sunt pducti z iurauerunt: ad que faciēda dant̄ tres dilatiōes. s. p̄ma: secunda: tertia. et interdū cum solennitate q̄rta. c. vltra tertiā. extra de testi. scz qm̄ pars que testes vult pducere



in q̄tra dilatiōe iurare vult q̄ in alijs p̄mis dilatiōibz testes quos nūc pducere intēdit hīe nequit. qz forsan erāt extra p̄iam. Ut quia nesciebat q̄ scirēt aliqd̄ i cā ip̄a. Et est rō q̄re dant̄ q̄ttuor dilatiōes ad testes pducēdū: ne peant copie pbationū ip̄i parti. ad qd̄ iudex debz advertere. vt. l. currēt. ff. de testi. z c. qm̄ frequer. in p̄n. extra vt lite nō p̄te. Et q̄a interdū testes difficult̄ p̄nt haberi: vel qz p̄ez ad uersam timēt p̄tra quā debēt p̄duci: z dubitāt icurrere dānū z p̄iculū vel odiū. qz veritas pbata odiū interdū parit: vt dicit sc̄ptura. Et interdū iurāt si re<sup>o</sup> hoc req̄rat q̄ dicēt v̄itate p̄ vtraqz p̄te quā nouerint in tota causa. z tūc si dicāt p̄ reo: nō potit ip̄e re<sup>o</sup> tales testes ipugnare. c. p̄sentū. extra de testi. Vel cōtra eoz p̄sonas aliqd̄ obijcere. qz vidēt app̄obasse. z ideo nūqz pōt eos impugnare ibi<sup>dem</sup>. tamē bñ possēt obijcere cōtra eoz dicta et depositiones si vellet z haberet materiā sufficientē.

### De interrogatorijs dādīs z formādīs

Estibz autē vt p̄fert̄ p̄ductis et iuratis assignat̄ termin<sup>o</sup> p̄ iudicē parti ree q̄ quā sunt p̄ducti ad dandū infrogatoria. sup̄ q̄bz testes ip̄i examinent̄: interrogent̄. Et i curia solet assignari p̄ diē p̄ductiōis z diē sequē vt dēt̄ generalia. s. q̄ si testes q̄ eū aliqd̄ deponere videant̄ q̄ infrogent̄ de cā z mō sciendi. z an viderint ea de q̄bz deponūt vl̄ audiuerint. z a q̄bz p̄sonis. z de cir cūstantibz. vt ca. cū causam. extra de testi. vt possit sciri vel p̄pendi si sint instructi vel subornati p̄ sensum corporis. Ut si dicat q̄ vīnū erat dulce. z dicat causam: qz sic vidit vel tetigit vel audiuit: nihil valet. qz p̄ solū gustū sapor app̄bēdit̄. z sic de similibz. Si autē vult re<sup>o</sup> dare interrogatoria specialia: debz petere q̄ actor specificet et designet articulos sup̄ quibus vult suos testes facere examinari. Et hoc facere debet si p̄ reū requirat̄ seu p̄ iudicē vel notariū. z tūc de illis dat̄ copia reo. Et fm̄ illam specificationē formabit interrogatoria sua. z cōmuniter in omni causa dant̄. Interrogant̄ supra dicta generalia z etiā sequentia. scz. si testis sit de cōsanguinitate seu affinitate. vel similia partis p̄ducentis. Itē an fu erit doctus instructus vel subordinatus seu ausatus per dictā partem ipsum producentē. vt sic deponeret vt deponit. Item an habeat partē seu interestē aliquod in ip̄a causa in qua deponit vel sperat qd̄ habere d̄ ea directe vel indirecte. Itē si vellet partē per quā producit̄ victoriam obtinere in causa. vel quā partē mallet in dicta causa triumpharet An sit criminofus nō debet interrogari. z si interroget̄ nō debet r̄ndere. qz nemo tenet̄ se. p̄dere siue diffamare. c. cū tibi dico. d̄ pe. di. j. Nec sibi met̄ laq̄uz pare. tñ si semetip̄z criminofū dixerit expellit̄



## De terminis dilatoris ordinis

### De retractatione interrogatoriorum datorum

**I**tem interrogatores sic per reum datur si actor habet requirit quod est sibi tuum: dicitur requirere a iudice dicendo sic. Domine iudex mihi per pre aduersa data sunt interrogatoria. peto per vos retractari et rescindi si superflua. quod iudex debet facere presertim per pres requisitum. et etiam ex suo officio. quod sic articulus siue positio impertinet et non relevans pre dante respellitur: et a processu retrahitur. ut in c. cum contingat. in fi. de off. dele. et l. ad probationem. l. de pba. Ita et interrogatorum superfluum debet etiam rescindi per iudicem. quod interdum per quosdam testes producit dat interrogatoria impertinentia ad casum. puta interrogare testem si solus est validus. si deus est iustus. et similia. Forma autem interrogatorum vide in c. de testi. li. vi. in glo. posita super verbo interrogata. Iudex vel notarius examinet debet interrogare testem in predictis generalibus postquam premissa sunt data et facta iudex ipsemet audit et examinet testes seorsum. id est unum post alium et separatim: ad istarum testium productionem Susanna Dan. xiiij. et ponit glo. quarta. in c. ij. extra de testi. Et per se iudex debet eos examinare in causa criminali: ubi agit de statu hominis. in aut. apud eloquentissimum. l. de si. instru. et c. ij. de iud. li. vi. In alijs autem causis ipse testium examinationem committit notario cause. Vel interdum alicui speciali commissario. ut in dicto c. ij. de iud. li. vi.

### De admissione rei per defensionibus dandis.

**I**tem his autem omnibus testibus auditis et eorum depositionibus per notarium cause et scribam in scriptis redactis vel ante. petit reus se admitti ad dandum suas defensiones. quod quoniam testes actorum essent publici: nec ipsemet nec actor super eisdem articulis vel in eis idem vel alijs de directo proprijs periculum subornat vel eisdem vel alios testes producere possit in prima vel secunda instantia. ut in c. fraternitatis. extra de testi. Nec in causa appellacionis. ut in de testi. c. ti. saltim in foro ecclesiastico. Et ideo tunc est reo dare defensiones ante testium publicationem. Et hoc admittitur ut eas det sic vult legas vel breves ad elidendum et enervandum intentionem actorum. puta si solutus vel pactus de non petendo vel commutato: vel alio modo putat sibi competere et occurrere in scriptis vel verbo. et petat eis responderi per actorem: quod eis respondere debet primo simpliciter. deinde medio iuramento: sic super dictum est de articulis actorum. et deinde nisi relevet per confessionem et rationem actorum admittitur reus ad illas probationes per testes. Et alia. sicut in ista cedula confessiones et alia similia. Et sicut modus et ordo in testium huiusmodi productione sic deest de probationibus articuloz actorum.

### De publicatione depositionum testium

**I**tem testibus igitur sic productis examinat et eorum depositionibus in scriptis redactis petit hinc inde publicari. et iudex presertim si volens habere per publicum causam. quod vult dicta testium et depositiones que erant secreta sibi et notario cause que eos examinavit nunc fore nota et publica ipse ambobus presertim.



actori vt videat si pbauit intentionē, z reo vt videat si pbauit actor  
contra eū suā intentionē: z etiā dicta testiū rei vt videat actor si re<sup>o</sup>  
pbauit suam intentionē.

### De mō excipiēdi ptra psonas z dcā testiū

o **XIII**  
Einde ibidē pcedit copia dictoz testiū ipis ptribz. z  
admittit ad obijciēdū psonas testiū. s. ex cōicatiōez. p iuri  
um. infamiā. pentelā. affinitatē. familiaritatē cū pte. pducēs  
te. vel crimina z delicta p testes z p ipos cōmissa. Vel q nō fuerūt ci  
tati vel iurati: z silia. vt co. ti. c. ex pte. z c. testiū. z c. ex lris. extra d te  
si. Vel p eoz dicta z depositōes. vtputa qz sūt iuicē p rj. Ut sunt  
singulares i suis dictis auditu dicti alieni. qd nō pbat regulariter  
nisi ad pbādū g dū cōsāguitatē i cā mōniali in q pbat: vt in ca.  
licz ex qdā. extra d testi. Vel qz deposuerūt extra articulū. Vel nō in  
terrogati iuxta infrogatoria data p pte aduersā qz qz fuerūt pro  
ducti. vt c. cū clamor. z c. p tuas. extra de iudi. vel extra dilatoēs. v<sup>l</sup>  
die feriata etiā festiua. dū tñ fuerāt. pducti die iuridica. Facit finis  
clemētina: vbi est festū omniū sanctorū.

### Mod<sup>o</sup> rñdēdi exceptiōib<sup>o</sup> pdictis **xiiii**

q **XIIII**  
Ubi obiectiōibz dat<sup>o</sup> p reū p testes p actorē. pductos. z es  
cōtra petiū rñderi ex aduerso. z rñsiōe facta simpliciter. qz est  
de facto alieno hic nō agit. rñdet medio iuramēto. qz ē de  
facto alieno. s. etq vbi cadit pbabil<sup>o</sup> i grātia. qz factū alieni p pti tertij  
p qz vñsimilit<sup>o</sup> i grāre. Et si fuerit negare tales obiectiōes ē op<sup>o</sup> q  
fuerit bñ specificate d loco z loco loci z tpe et circūstātijs alijs. als  
dz repelli ne nimis vgeret i p iudiciū aduersarij ad pbādū tales  
obiectiōes. nisi ex cā rōnabili sibi darēt due vel tres dilatoēs. si in p  
ma facta diligētia debita testes suos nō potuisset hē. qz ista ē ma  
teria odiosa z iō restrigēda. vt c. p sentiū. de testi. li. vj. z facit regula  
Odia. de reg. iu. c. li. Et sic de obiectiōibz testiū actoris: sic fiēdū ē et  
dici pōt d testiū rei. z ipe actor pōt repellere testes pductos p suos  
testes z nō ecōuerso. z nō fit p reū alia pbatio. p c. licet. de testi. Un  
versus. Quod pbo tu reprobas z ego reprobo reprobañ. Non po  
teris testes tu reprobare meos. In testis testem z in hunc sed nō  
dat vltra. Et est ratio. vt licitū sit finis: et ne sit pcessus infini<sup>o</sup> qui  
reprobat a iure vt c. ij. de rescrip. li. vj.

### De pductione iuriū

p **XV**  
Remissis aut vt pmitit<sup>o</sup> fact<sup>o</sup> actor pducit alia iura sua. vt  
sūt bulle autēce v<sup>l</sup> pcessus in causis bñficialibz. instrumē  
ta: cedulas: v<sup>l</sup> alia iura de arcibus antiq<sup>o</sup> extracta z alia



## De terminis dilatōis ordinis

documenta i scriptis seu alia probationū gñā q̄ sūt mlta collecta p glo,  
q̄ incipit. oino q̄truoꝝ. in fi. in ca. cū ad sedē. extra de resti. spo. Et no  
tādo addit ibidē mlta. s. vsq; ad spe. e. ti. §. fi. z c. ij. extra de p̄sum.

### De impugnatiōe iurū.

xviij.

¶ **D**inde citat̄ aduersari⁹ si sit p̄sens in iudicio vel eius p̄cu  
rator per iudicē sibi assignat̄ termin⁹ ad cōparandū z ad di  
cedum cōtra dicta iura. Et tūc potest talia iura p̄ducta ip̄u  
gnare ex falsitate vel ex defectu. vt quia nō habuerūt locū vel lo  
cum loci. vel tēpus vel annū. indicciōem. mensē. diē. nomen p̄in  
cipis regnātis: et testes. vel subscrip̄t. Vel q̄ ille qui ea scripsit vel  
signauit cessat esse notari⁹ publicus. vel fuit de crimine cōdemna  
tus. z officii notariat⁹ est sibi interdictū ad tēpus. vel p̄petuo est  
sibi inhibitiū. Vel quia fuit repertū territorii illius qui talē nota  
riū creauit. Ad hoc c. romana. de fo. cōpe. li. vj. Vel potest obijcere  
q̄ cōtinēt falsuz. quia die contēta in instrumēto vel cedula ipse re  
erat alibi in alio loco diuerso z distantī ab illo expresso in instru  
mēto. Et ita probat̄ vel directe falsitas. dicti instrumenti. vt. l. opti  
mam. ff. de cōtrahen. z cōmittē. stipul. c. ex litteris. extra de testi. Et  
est ratio: qz vnū corpus naturaliter eodē tēpore nō potest esse i du  
obus locis diuersis: vt dicūt philosophi z naturales. Sic etiā per  
indirectum probari potest negatiua. vt c. super hoc. extra de re. per  
mu. vt si quis vellz pbare q̄ nō resignauerit beneficiū spōte coipo  
q̄ pbat q̄ fuerit compulsus z hoc probatur. Vel si coactus vel in  
ductus per metum vel al's.

### De saluatione iurū

xviij

¶ **P**ost hec autē actor admittitur ad saluandū et sustinenduz  
sua producta. et iura cōtra impugnatiōes rei. quia salua  
tio repellit impugnatiōē seu obiectionē rei. sicut exceptio  
repellit actorē. et replicatio exceptionē. et duplicatio replicationem  
z c. vt iusti. de repli. §. j.

### De conclusione cause

xviij

¶ **D**inde post p̄missa sic facta si partes hoc requirāt. z idem si  
actor vel reus solus requirāt aduersari⁹ nō allegat causā  
iustā quare fieri non deber: renūciat̄ z cōcludit̄ in causa qd̄  
importat q̄ ip̄e partes renunciant vlteriorib; probationib; facti.  
quia nil amplius possunt p̄ducere quod continet factū. Ad hoc c.  
cum dilectus. extra de fi. instru. et c. ij. de resti. in integ. li. vj. et de se  
pe. de ver. signi.



**De informatōibus iudicij. xix.**

**O**st p̄ductionē aut̄ ip̄e p̄tes z eaz q̄libet p̄nt dare istructōes p̄ iudicij: z allegatiōes iur̄ ad p̄tē q̄ nō scribent̄ in p̄cessu. sed p̄ auisamēto iudicij seu ad ip̄m releuādū z illūinādū. et hoc ml̄tū p̄dest p̄ferri i iudicibz nō iuristz vl̄ p̄it̄. Et fuit̄ hmōi iforma tiōes fm̄ casuz sci vl̄ iuribz p̄ductz: aut̄ al̄s iuxta statū z merita cāe.

**De sententijs ferendis. xx.**

**O**st hec iudex videat vel faciat videri p̄cessum totū z diligē ter visitari z videri si sit correct⁹: et etiā p̄batōes: q̄ oīa debēt esse correctā z bñ ordinata p̄ notariū cause: z p̄cessus rubri cat⁹ in margibz. Quibz oībz visis z diligēter inspectz facit iudex res lationē dici p̄cessus suo cōsilio aut̄ suis assessoribz. vel si ip̄e nō vi derit p̄ se facit fieri relatiōem vel repozē corā se z suo cōsilio de toto p̄cessu. Et habita matura deliberatiōe cū eis dē cōcepta cōcordit̄ sen tentia diffinitiuā vel inflocutoria scribat̄. deinde p̄ibz vocat̄ z cō tatis seu al̄s p̄ iudicē assignat̄: sentētia p̄ferat̄: et p̄ iudicē sedentes si esset diffinitiuā in sc̄ptis: al̄s est nulla. vt. c. fi. d̄ re iudi. li. vj. **S**es cus inflocutoria. qz illa pōt dari v̄bo siue sc̄ptz: z a iudicē stāte vel sedēte: nisi iudex esset ep̄s vel p̄sona illustr⁹: q̄ p̄sone p̄nt facere da ri sn̄iam etiā diffinitiuā p̄ cōmissariū: vt ibidez. vel facere eā legi in sui p̄sentia p̄ notariū cause.

**De appellatiōe interponēda. xxj.**

**U**a sn̄ia lata: pōt appellari ab eadē ilico z viua voce dicēdo q̄ Ab hac sn̄ia v̄a tanq̄z iniq̄ appello et peto ap̄los mihi dari: q̄ semp̄ debent dari reuerētiales dimissorij q̄n̄ appellatur a diffinitiuā sn̄ia. qz iudex debet velle q̄ si male iudicauerit q̄ alius sup̄ior talē sn̄iam corrigat z emēdet: ne ps̄ p̄dēnata lesa maneat in piculo anie ip̄s iudicij. Pōt etiā appellari infra decē dies q̄ currūt de momēto ad momētū ab illa hora q̄ sn̄ia lata est. vt. c. q̄d ad cō sultationē. extra de re iudi. et tūc tenet̄ appellare in sc̄ptz. al̄s appella tio esset nulla: vt. c. cordi. de appel. li. vj. et perere in fine appellatiōis apostolos reuerētiales vel dimissorios a diffinitiuā. Sed q̄n̄ ap̄ pella a grauanie vel ab inflocutoria: tunc pōt dare refutatorios et iustificare suū p̄cessum vt superior informet̄ legitime de eodem interim. p̄cedit̄ in causa vlteri⁹ q̄n̄ dedit̄ refutatorios donec fuerit inhibitus p̄ sup̄iorē ad quē appellat̄. c. sup̄ eo. extra de appel. z post nō possit̄. Sed q̄n̄ est̄ inhibit⁹ si faceret̄ an̄ oīa reuocarent̄ tāq̄z ar̄ tent̄. z inouat̄. vt. c. nō solū. d̄ ap. li. vj. z. ff. nil inouā. appel. pendē. in rubro z nigro. Et hec sufficiāt de p̄ma instātia. **U**n̄ p̄nt esse tres



98 mahris hominu est obmend

# De terminis dilatōis ordinis

instantie in vna causa. s. p̄ma: secunda: z tertia. et tres sn̄ie anteq̄s possit executōi demādari si fuerit appellatū a p̄ma z sc̄da sentētia. quia a tertia appellari non potest.

## De executione sn̄iaz

xxij

**T**ita in eadē causa tres p̄nt esse instantiez tres sn̄ie diffinitive vel interlocutoriez z due appellatiōes etiā sup eodē articulo qz a tertia sn̄ia nō p̄t nec licet appellari. c. directe. extra de appel. z. c. sua nob. Et b̄ est vez q̄ potest bis appellari nisi p̄ma transuerit in rē iudicatā. v̄l nisi ps̄ dēnata eidē adq̄euit v̄l eā acceperit: vel exp̄sse appellatiōi renūciavit facte iā vel fideiā q̄s appellaret: qd̄ fieri p̄t p. l. fi. l. de tēp. ap. §. fi. et ex glo. fi. de arb. cū d̄s lect. Et modis p̄dic̄t renūciat eidē exp̄sse. P̄t etiā eidē p̄ appellatē renūciari tacite. et qz nō appellat̄ infra decē dies q̄ currūt de mō mēto ad momētū a tpe sn̄ie: vel qz nō appellat̄ p̄ncipalis v̄l ei⁹ p̄ curator. v̄l qz nō habeat talis appellās p̄tates appellādi. c. nō solū. ij. q. v. c. cum inf. extra d̄ elec. vel qz nō est appellatū in sc̄pt̄ ab in̄s locutoria v̄l diffinitiva qn̄ appellat̄ ex interuallo: vel qz non petijt ap̄los sibi dari. v̄l qz lz eos petierit: nō cōparuit in r̄mio sibi p̄fixo p̄ iudicē a q̄: ad ip̄os recipiēdū. q̄suis rigor. de appell. v̄t i. de. v̄l qz lz appellauerit in absentia iudic̄s: nō intinuit iudicia appellatiōez suā infra xxx. dies. c. ab eodē. de appel. li. vj. v̄l qz post appellatiōez nē appellās cōparer corā iudice a q̄ appellavit. c. gratā. de offi. dle. et c. cū venisset. de testi. vel qz n̄ exp̄mit iustā cām ḡuamis in sua appellatiōe: talē vicz q̄ si vera esset legitīa deberet reputari: v̄t in. c. vt debīt. de appell. z. c. Romana. eo. ti. li. vj. §. ij. p̄ discursum ter. vel si infra terminū p̄ iudicē a q̄ sibi appellanti p̄fixū in suis apl̄is qn̄ dat ap̄los reuerētiales vel remissorios ad iter arripiēdū non obedit iuxta dictū terminū: vel qz ifra terminū sibi p̄fixū nō introduxit seu reuelavit suā appellatiōez corā iudice ad quē. c. meminim⁹. et c. suggestū. et c. p̄sonas. et c. cū sit romana. extra d̄ appell. vel qz ifra tps̄ iur̄s: vicz ifra annū vel ex cā impedimenti sibi dati ifra p̄mū annū z infra p̄mū fatale infra annū sc̄dm non fuit p̄secut⁹ nec finivit suā appellatiōez: q̄ sūmope z diligēter ē p̄seq̄nda: v̄t. c. cū sit romana. et c. excoīcatōis. extra de appell. Ubi v̄o modis p̄dic̄t v̄l alijs i iure exp̄ssis canonico v̄l ciuili renūciatū fuerit appellatiōi: tūc sentētia diffinitiva z etiā in locutoria trāsit in rē iudicatā. c. p̄sonas. z c. cū sit romana. §. alleg. et tūc p̄t z debet executōi demādari. S̄i r̄ qn̄ nullo mō fuit appellatū: v̄l etiā fuerit appellatū: s̄ appellatiōi exp̄sse renūciatū fuit. et nūcre⁹ nihil p̄t obijcere qn̄ sn̄ia z cū exeq̄tur p̄ cōmunia iura. qz paz̄ esset sn̄iaz ferre nisi executōi rei demā

De definitione  
sententiarum

re p̄ q̄s appellat̄ eodē  
maie parte d̄ fidei

appellat̄ tanto  
no

no



dare. vt. c. psonas. c. cū sit roman. z c. reprehensibil. extra de ap. z de  
 executioe rei iudi. li. vi. z p. to. ti. Si autē fuerit renūciatū dicte appel  
 latioe facte ex modis p̄dictis aliq; z tūc anteq̄ decernat executio cōs  
 tra reū cōdēnatū d̄ mādato iudicis a q̄ citari debz ip̄e cōdēnat⁹ ad  
 faciēdū fidē de diligētia p̄secutiois appellatiois p̄ eū emisse. vel cō  
 tinebit dicta citatio q̄ cōpareat factur⁹ fidē si z q̄lit fuit p̄secut⁹ su  
 am appellōnē cū intimatōe q̄ alias p̄cedet ad executōez snie z̄ cum  
 late: qz tūc i termino p̄fixo si nō cōparet tal' cōdēnat⁹ seu ali⁹ p̄ eo  
 vel si cōparet z nō doceat sufficiēter de diligētia p̄secutiois siue ap  
 pellatiois p̄ quā apparet appellatōnē adhuc p̄dere z nō esse d̄ser  
 tā decernet tūc z p̄cedat executio z̄ eū. qz p̄ for̄ eccl'asticū mouebi  
 tur pure z simplz vt infra octo vl' decē dies soluat actori sūmā in q̄  
 fuit p̄dēnat⁹ sub pena excoicatiois late snie. Nec apponet clausu  
 la. nisi cām zc. exq̄ ē iudicatū vel taratū: q̄ ponit i monitioibz q̄ nō  
 descēdūt ex iudicato p̄dēnato vl' tarato. Et si b̄ petat i p̄mo t̄mio ta  
 lis monitio resoluit z reducit i vim simplicis citatiois. als̄ ip̄ortat  
 ḡuamē: z possz appellari s̄m collecta i c. psonas. extra de ap. tū po  
 terit p̄us citari ip̄e re⁹ si fuerit p̄dēnat⁹ i exp̄sis sic i p̄ncipio ad vi  
 dendū tarari exp̄sas factas i ip̄a cā cū intimatōe. Q̄ si nō cōpare  
 ar tarabūt p̄ curiā: z ita fiet iuxta itūmata. Si v̄o cōpareat z aliqd  
 dicat vl' excipiat petēdo moderari exp̄sas sup̄ b̄ audis. z etiā actor  
 obtinebit i p̄riū. Et demū tarabūt qn̄ fuerit date z specificate per  
 actorē arbitrio iudicis. q̄bz tarat⁹ iurabit actor q̄ tātū vl' pl⁹ expo  
 suit vel ē expositū i ca. z p̄ ip̄a cā. Et si min⁹ vl' excessiue tararent  
 possz appellare re⁹ ab excessiua taratioe ad iudicē sup̄iore. q̄ si ap  
 pellatioez ip̄az p̄seq̄t forsan taratōez ip̄az p̄firmabit vl' moderabit  
 z adhuc scōo possz appellari. Deide cū tal' taratio i rē trāsierit iu  
 dicat⁹: tūc sup̄ p̄ncipali z exp̄sar taratioe p̄cederet actori execu  
 tio. z fiet d̄ facto z̄ reū p̄ monitioē sub pena excoicatiois late snie.  
 Et si infra t̄minū sibi reo p̄fixū nō satisfecerit actori d̄ p̄ncipali z d̄ ex  
 p̄sis agguabit. z deide l̄ra z̄ p̄ncipales p̄cedet. z deide bis z̄ eos  
 denūciabit. z deide portabit tertia si fuerit op⁹ s̄m stilū curie talis.  
 Et dicat psalm⁹. De laudē meā ne tacueris zc. añ domū eius die  
 bus festiuis. z cōtra ostiū p̄iciant lapides: añ signū maledictiois  
 eterne. Vel s̄m stilū aliarū curiarū: post tertiā l̄ram inuocabit bra  
 chū seculare. z requirēt q̄ bōa talia capiant z vendant vsqz ad sū  
 mā talis debiti p̄ sniam declarati. Vel si erat obligat⁹ taceri z nō  
 cōpetūt neqz sufficiūt bona sua donec soluerint in Auimone: et in  
 multis alijs locs. Et dicat in l̄ra rēq̄stiois: qn̄ inuocat brachū secu  
 lare. clausula hec p̄ narrat eoz que facta sunt dicec. cū ecclia non  
 hēat qd̄ ultra faciat: z ne tal' excoicat⁹ sit zc. iuxta c. cū nō ab hoīe.

Appellatio ab excessiua  
 taratioe



# De terminis dilatōnis ordiis

extra d iudi. Et si nō fuerit tal' iuocatio brachij secl'ar' sic nō fir i p<sup>o</sup>  
 tibi tholo sanis si tal' re<sup>o</sup> excōicat<sup>o</sup> p<sup>o</sup> dēnar<sup>o</sup> z agguar<sup>o</sup> : vel simplici  
 ter excōicat<sup>o</sup> sustineat aīo idurato: tal' excōicat<sup>o</sup> p<sup>o</sup> annū p<sup>o</sup> citabit p<sup>o</sup>  
 sonaliē p<sup>o</sup> ordiariū eccl'asticū vl' inq<sup>o</sup>storē heretice p<sup>o</sup>uitat' : cōpari  
 tur<sup>o</sup> corā eo tāq<sup>o</sup> suspect<sup>o</sup> de fide. z est loc<sup>o</sup> p<sup>o</sup>uentiōn' inf<sup>o</sup> ep<sup>o</sup>m vl' ei<sup>o</sup>  
 officialē z inq<sup>o</sup>storē: cū eps sit inquisitor i sua diocesi. Inq<sup>o</sup>stor<sup>o</sup> hō  
 est general' sup<sup>o</sup> puicijis. z i negligē ordiarij pōt tales excōicatos  
 tāq<sup>o</sup> crimiales hereticos z suspectos d<sup>o</sup> fide citare: z corā se psonali  
 ter vocare. z ita obfuar coris stil<sup>o</sup> z p<sup>o</sup>ctica curiaz p iura cōia. d<sup>o</sup> he  
 re. extra i. vj. z i de. Et si tal' citat<sup>o</sup> nō cōparet corā eo q<sup>o</sup> cū mādauit  
 z citari fecit z stare cōtumar sic p<sup>o</sup> anū post: possz p<sup>o</sup> dēnari tāq<sup>o</sup> he  
 retic<sup>o</sup>. c. cū p<sup>o</sup>tumar. d<sup>o</sup> here. li. vj. Et si eps vl' official' puicijis inq<sup>o</sup>stor  
 rē in citādo: ipē inq<sup>o</sup>stor de h<sup>o</sup> certificat<sup>o</sup> n<sup>o</sup> debz se iromittere apli<sup>o</sup>.  
 z ita cōit' fua<sup>o</sup> Un<sup>o</sup> pōt etiā decerni z fieri executio snie late p<sup>o</sup> reū de  
 z sup<sup>o</sup> negocio pncipali: omissa taratiōe expēlar'. Et demū facta et  
 cōpleta executōe sup<sup>o</sup> pncipali: siue fuerit actū actōe reali vl' psona  
 li: tūc pōt fieri executio z taratio sup<sup>o</sup> expēn' tarat' an<sup>o</sup> successiue et  
 sepatim. Juder at secl'ar' exeq<sup>o</sup> pōt sniaz suā unicā q<sup>o</sup> i rē trāsuiuit iu  
 dicatā. vl' qn late sūt tres p<sup>o</sup>formes. qz tūc nō p<sup>o</sup>t pl<sup>o</sup> appellari. de. vt  
 calūnijs. d<sup>o</sup> re iud. Nā si fuerit actū actōe reali: mādāt z faci<sup>o</sup> r<sup>o</sup> pōni  
 actorē victorē in possessiōe rei imobil' sibi adiudicate. z si fuerit res  
 mobil': puta equ<sup>o</sup>: liber z silia: fac<sup>o</sup> rē talē tradi ipi actori p<sup>o</sup> viā facti  
 p<sup>o</sup> semetipm vl' aliū executorē ad h<sup>o</sup> p<sup>o</sup> eū d<sup>o</sup>putatū. Si hō fuerit actū  
 actōe psonali: puta sup<sup>o</sup> aliq<sup>o</sup> sūma pecūie l' silii. z tē p<sup>o</sup>cepit reo p<sup>o</sup>dēna  
 to vt soluat realit' ipi actori victori sūmā ifra certū tēp<sup>o</sup>ū. q<sup>o</sup> elapso  
 facit capi z vēdi de ei<sup>o</sup> bonis pmo mobilib<sup>o</sup> si sufficiāt: alioqn de i  
 mobilib<sup>o</sup> vsqz ad dictā sūmā in q<sup>o</sup> fuit p<sup>o</sup>dēnat<sup>o</sup>. Deide hō venit ad  
 noia z debita ad ei<sup>o</sup>. iuxta. l. a diuo pio. ff. de re iudi. z p<sup>o</sup> pncipali z  
 expēn'. Et si re<sup>o</sup> talis nō hiet bona possz deduci i arresto seu carces  
 re. z tādū ibi detineri donec soluerit. p<sup>o</sup>sertim cū erat obligat<sup>o</sup> carces  
 ri seu arrestatōi psonae sue. Et sic est finis talis lit<sup>o</sup> z cause. q<sup>o</sup> q<sup>o</sup>bre  
 u<sup>o</sup> pōt fieri i libro iponi debz. Nā ad h<sup>o</sup> laborāt fere oia iura.

*Confermes p<sup>o</sup>ctia*

*nō lures nō d<sup>o</sup> p<sup>o</sup> nōt<sup>o</sup>*

*De apostolis*

*Apocriticos  
p<sup>o</sup>sona ap<sup>o</sup>  
recedit*

*apostoli  
p<sup>o</sup>ndi*

*Dimissorij sūt dimissorij*

*Apostoli sūt triplices*

*Refuratoz sūt refuratoz*

## De apostolis

xxij

Et q<sup>o</sup> facta est mētio de apostol': Est sciendū q<sup>o</sup> apli sūt r<sup>o</sup>m<sup>o</sup>  
 siōes q<sup>o</sup>s facit iudex a d<sup>o</sup> fuit appellatū ipi appellān. z sūt tri  
 plices. Quidā sunt reuerētiales: q<sup>o</sup> cōit' dant a diffinitiuā p  
 pellat'. Admittoviaz a p<sup>o</sup>pellatōez: vl' d<sup>o</sup>fero v<sup>o</sup>ie a p<sup>o</sup>pellatōi. z assigno  
 vob certū tēp<sup>o</sup>ū. x. vel. xv. diez si in p<sup>o</sup>ab<sup>o</sup> appellat'. vl' trū aut q<sup>o</sup>cu  
 oz mēsiū qn appellat' ad cu. Ro. qn ē vltra mōtes. Alij sūt dimisso  
 rij. z illi dant interdū a diffinitiuā. interdū ab inflocutoria quādo



iudex a q̄ etiā defert appellatōi; z remittit cām ip̄am iudici sup̄iori  
 ad quē est appellatū; z sic abdicat iurisdictionē. et tūc n̄ p̄t se ampli⁹  
 intrōmittere: nisi sup̄ior eādē cāz sibi remitteret. c. cū pati. d. appel. z  
 r̄nder seu dat ap̄los p̄ hec v̄ba. Defero appelloni v̄e vl̄ admitto ap  
 p̄llatōez v̄iaz. vl̄ remitto cām istā meo sup̄iori. vl̄ nolo me ampli⁹  
 intrōmittere d̄ hac cā. *Uel sic: et icōueniēs n̄ credo vos ī aliq̄ ḡual*  
 se. et iō defero v̄e appellatōi p̄nse: nisi inq̄tū sup̄ior ad quē ē appel  
 latū duxerit admittēdū: inq̄tū a iure ei fuerit d̄ferēdū hāc r̄nsionē  
 p̄ debiti apl̄is vob̄ faciēdo. p̄ tales ap̄los abdicat a se iurisdictionē  
 qz remittit z gnitionē appellonis iudici ad quē. et iō si expost p̄cedit  
 totū nullū ē: z sic vidi iudicari. Et dādo istos ap̄los reuerētiales p̄t  
 assiḡre t̄minū appellatū ad it̄ arripēdū: vl̄ ad se sup̄iori iudici p̄sen  
 tādū vl̄ appellatōi intrōducēdū seu reuelādū vl̄ cā p̄seq̄ndū. si ap̄  
 p̄llās n̄ obedit: renūciat appelloni. S; ad finiedū cāz n̄ p̄t p̄fige  
 re t̄minū. qz id n̄ ē in pr̄ate appellatū. c. ex insinuatōe. d. appel. Alij sūt  
 apl̄i refutatozj. s. qn̄ iudex a q̄ refutat appellatōez vl̄ eā n̄ admittit  
 qd̄ fit sepe qn̄ appellat ab inflocutoria. et tūc p̄t p̄cedere donec fue  
 rit ihibit⁹. qz si ihibit⁹ esset nō p̄t p̄cedere. qz si faceret p̄ iudicē ad  
 quē fuit appellatū añ oīa: z velo eleuato p̄stico t̄n̄ d̄ p̄cessu si fuerit  
 petitiū p̄ appellōez reuocabit tāqz attētatū seu inouatū añqz p̄ḡscat  
 d̄ valore appellonis. p̄t sp̄retū iudicē a q̄: q̄ p̄t p̄t iudicē ad quē: lz  
 fuerit ihibit⁹: vt. c. n̄ solū. d. ap. li. vj. etiā posito qz app̄ p̄ modū re  
 piat̄ friuola vl̄ iniusta vl̄ nulla: vt ibi z glo. et h̄ ē p̄t bonū obediē  
 quā d̄z iudex sup̄iori suo. c. oīs aīa. d. sen. excō. tūc qn̄ dat refutatoz  
 rios n̄ assiḡt appellatū t̄minū ad p̄cedēd. nec aliō nisi ad p̄ducēdū ī  
 cā p̄ncipali corā se. vñ d̄z ēt aduerse iudex a q̄ fuit appellatū qz exq̄  
 sit petitiū apl̄i qz n̄ p̄cedat don̄ eos dederit. qz scā iteri eēt nulla: vt  
 c. ab eo. d. ap. z appellās tenet dare verā z correctā copīā sue appella  
 tōis iudici a q̄: vt sup̄ ea possit d̄libare q̄s z q̄les ap̄los d̄cat dare.  
 z exp̄t̄ ip̄i⁹ appellatū s̄m cōez vsū d̄ doct̄ria siue p̄ctica. vñ qn̄ appel  
 lās cōpuit t̄mio sibi p̄firo p̄ iudicē a q̄ ad recipiēdū ap̄los corā eo:  
 semel eos par̄t̄ r̄cipe: si tūc sibi n̄ dāt: n̄ tenet apl̄i⁹ corā eo cōpere: s; p̄t  
 p̄t p̄seq̄ suā appellonē: vt z i gl. i. c. q̄uis rigor. d. ap. i. de. z d̄z peti se  
 pe z sepi⁹ z istat̄ seu cū istātia mltiplicataz vno p̄textu. vt e. de. i. p̄n.

### Sequit̄ secunda instantia. s. qn̄ fuit appel

latū a diffinitua vel ab interlocutoria iudicē z legitime: nec fuit re/  
 nunciatū appellatōi exp̄sse nec tacite. et p̄mo in Ro. cu. **XXIII**

Rimo sciēdū ē qz qn̄ appellatū fuit ab inflocutoria siue gra  
 uamiet̄ Ro. cu. p̄cedit sic. qz sūt tres citatōes: z tenent̄ tres  
 t̄mi anteq̄ iudex ad quē possit inhibere iudici a q̄. Prim⁹

*fora aptoz*  
*in p̄senti*

*No 6*

*Alij refutatozj*

*Et 2 notam digniss*

*Notam notam digniss*



## De terminis dilatois ord. iud.

ad dicēdū cōmissionē. qz illi iudices curie Ro. cēsēt delegati: nō  
ordinarij. qz nō dant nisi p cōmissionē specialē quā sūt interdū pa  
pa z cōit vicecācellari⁹ aut plar⁹ ali⁹ ad h̄ specialr deputat⁹. Quo  
terminio tēto: si nihil dicat cōmissionē: citat itez appellat⁹ ad dicēdū  
dū appellatōez ad idē. et si nihil cō dicat: citat itez ad ipu gnduz  
et iustificādū. impugnādū. s. appellationē p appellatū: z iustificādū  
pcessū. et ecōtra p appellatē. qz appellat⁹ tenet iustificare pcessum  
iudicij a q. vt. l. q ad ciuilia. de appell. Quibz tenet in q̄to t̄mio con  
cedit iudex ad quē inhibitiōez p iudicē a q̄ et n̄ añ nec vltra pcedat  
instān appellāte z pre aduersa ad h̄ vocata. Post h̄ pgnoscat iudex  
ad quē de valore z v̄tute appellōnis an fuit bñ vel male appellatū  
Et tūc aut pñūciat male fuisse pcessū z bñ appellatū: z retinet cām  
pncipalē corā se p dēnādo appellatū in expēn fact⁹ p appellatē i p̄se  
cutiōe cāe appellatiōis h̄mōi. Aut pñūciat male z idebite fuisse ap  
pellatū z bñ pcessū: z cās pncipalē remittit iudici a q̄ fuit appellatū  
cōdēnādo appellatē in expēn fact⁹ p appellatū: z has taxat: z cōpel  
lit eū ad eas soluēdū. Et ita vidi ad vnguē fuari i palatio aplico.

*De remissione t̄m̄e q̄  
p̄ iudicē ad quē nō  
appellat⁹ qui aliquid veniit  
iudicē ad iudicē aliquo*

### Secūdo in curijs inferioribus xxv.

*i* N alijs aut curijs inferioribus. s. metropolitanā zc. Introdu  
cta appellatōe p appellatē vl ei⁹ pcuratorē corā iudice appel  
latiōis: Si appellatio cōtineat cās ḡuamis. i. cās tales q̄ si  
vere essent: deberēt legitie reputari. et tal' appellatio recipit. et tunc  
cōcedit citatio appellatū appellatū cū narratōe cōtētoz i appella  
tione cū iūmatioe q̄ si nō cōpareat: nihilo mi⁹ pcedet in ea iuxta p̄  
uilegiū cāz appellationū. et sic iudex a q̄: pōt pcedere vsqz ad inhi  
bitiōē. z añ obfuoatōez dictoz t̄m̄i t̄mioz iudex ad quē n̄ pōt in  
hiberi: nisi iudex ad quē al' esset ordinari⁹ ipaz p̄tū z possz adiri  
p simplicē q̄relā: sic est si appellet a decano: pposito: vl archidiacono  
no ad ep̄m: vl ad papā: vl ei⁹ delegatū. qz tūc talē clam iudex p̄t  
cite apponere. qz n̄ est metropolitanā q̄ nō pōt adiri p subditos sus  
fraganeoz nisi p remediū appellatiōis. c. Romanā. d. fo. cō. z. c. Ro  
mana. de appell. li. vj. qz iurisdictionē nō hz turbare vel absoluere  
nisi in q̄tū de iure z cōsuetudie legitia z p̄sc̄pta sibi pmittit: vt c. s.  
allegat⁹. Atq̄ pposito q̄ n̄ fuerit iudex a q̄ inhibiti⁹ est pcedere z p  
cessit: ac appello postmodū pñūciat legitia: totū id qd fecerit p ap  
pellatiōez sibi iūmātā reuocabit p iudicē ad quē. Sec⁹ si n̄ fuerit  
appellatio legitia. c. Nō solū. in fi. de appell. i. vj. nisi fuisset inhibiti⁹  
vt dictū est. quia tūc venisset p modū artētator reuocandū. Et i ta  
li terminio p̄firo ipsi appellato ipse pōt dicere p̄ra appellationez ea  
que sibi competunt de iure. s. q̄ non fuit appellatum infra. x. dies



a tpe ordinatos vel snie late: vl q nō fuit appellatū p pncipalē: vel  
 ille q appellauit cessabat esse legitimus pcur ei: vel qz nōdū cōstis  
 tur: nec tunc erat vl fuerat reuocat<sup>9</sup> expsse vl tacite iuxta. c. si quē.  
 de pcur. li. vj. vel qz ibibit<sup>9</sup> fuit appellare. et filia. vl qz appellās ad/  
 qeuit snie: vel eā acceptauit: vel eidē tacite vel expsse renūciauit: pu  
 ta cōparēdo post appellationē corā iudice a q. vl qz nō petijt aplos  
 vel si petijt: nō cōparuit. vel qz nō appellauit in scriptis ab interlocu/  
 toria: vel etiā a diffinitiuā qn interponit ex interuallo. vel qz appel/  
 latio interposita est an grauamē illatū. vel qz nō cōtinet grauamē.  
 Nec z filia pnt allegari q appellationem q nota p Jo. an. in. c. j. de  
 appell. in sexto. in nouella sup vbo reputabit nō appellās. Et p du  
 dendo dicit q nō debet admitti talis appellatio p iudicē ad quē: sed  
 refutari p eundē: et cū ipsa pncipali remitti iudici a q: z appellās in  
 expen cōdēnari. Et si iudex ad quē recusaret dare terminū appel/  
 lato vl audire eū sup istas causas: gūaret eū: et pōset appellari ab  
 eo ad suū supiorē: puta ad Metropolitanū. ad Papā. qz faceret q  
 iura: et tolleret bñficiū iur<sup>9</sup> appellato: ptra regulā Adulū. d. re. iu.  
 in sexto. Illo autē termino seruato si appellat<sup>9</sup> nihil excipiat q talē ap  
 pellationē: iudex ad quē: eā admittit z recipit ac retinet tanqz emil/  
 som ex cā vel caus<sup>9</sup> pbabilib: licet iuridic<sup>9</sup>: z legitimis: et pcedit ap  
 pellanti inhibitionē q iudicē a q generales in tota cā. et tūc licite pe  
 cōcedere: et claudit seu ligat man<sup>9</sup> iurisdiciōis iudic<sup>9</sup> a q donec fue  
 rit pñciatū sup articlo dicte appellatōis. et tūc admittit appellās  
 ad pbādū vitarē suoz gūaminū in sua appellatiōe expssoz. Sed  
 sufficit sibi q lz sint in appellatiōe expssa q vnū pber. c. exhibita. de  
 iud. c. significauit. d. appell. vbi ter. q ab interlocutoria vl gūamie  
 appellatio infiecta nō pōt iustificari nisi p pcessū iudic<sup>9</sup> a q. z lz tres  
 terminos seu dilatiōes ad habēdū pcessū z faciēdū fidē d gūamibz  
 Et pmissis fact<sup>9</sup> iudex ipse ad quē pñciabit sup articlo dicte appel  
 latiōis vno de duobz modis. vl pmo p appellato. s. fuisse male ap  
 pellatū p appellatē ipm totā cām remittēdo iudici a q: cōdēnando  
 ipm appellatē in expen p appellatū i ipa cā legitime fact<sup>9</sup>: taxationē  
 ipsaz sibi z curie sue reseruādo: qz postea taxabit declaratas p ap  
 pellatū: et appellatē cōpeller p remedia iur<sup>9</sup> ad ipsas appellato sol/  
 uēdū. Vl pñciabit p appellatē. s. bñ z legitie fuisse appellatū p ap  
 pellatē. et male pcessū seu ordinatū p iudicē a q: cām pncipalē pe  
 nes se z curiā suā retinēdo: z appellatū in expen in hmōi cā appella  
 tiōis p appellatē fact<sup>9</sup> cōdēnando: vt s. prie. Et tūc pcedit i cā seu nes  
 gocio pncipali z eā recipiet in statu in q remāsit corā iudice a q fuis  
 erat appellatū. vt. c. significauit. de testi. et eā cōtinuabit vsqz ad sen  
 tentiā iclusiue. z facit oia illa q iudex a q erat factur<sup>9</sup> si nō grauas<sup>9</sup>



## De terminis dilatōis ordiis

set. qz iudex ad quē i ei<sup>9</sup> locū succedit culpa iudicis primi a q̄ qui grauauit. c. dilecte. de except. Et hec sufficiat. p̄ nūc qñ appellat ab interlocutoria vel grauamine in iudicio.

### De appellatōe extraiudiciali a ḡuamie. xxvi.

*7<sup>re</sup> Nota ubi p̄ appellatō*  
Interdū autē appellat extra iudiciū ab aliq̄ etiā ḡuamie. c. cū sit romana. ex. de apel. z i tali appellatōe corā iudice ad quē introducta: vocato z citato q̄ quē fuit appellatū. z pcedat sic i alijs cāis i q̄b nō fuerat appellatū ordie iudiciario fuato sic sup̄ fuit deductū seriari. saluo q̄ si p<sup>9</sup> appellatōez factā z p̄i ḡuāti in/ matā. i q̄ p̄cessisset seu appellatōe ḡuasset illd̄ postmodū totū actera tū reuocabit ac repabit z ad p̄stinū statū reducet. c. bone. s. alle. vt si p<sup>9</sup> appellatōez expoliassz appellatōe i sua possessiōe reducit z resti tuit p̄ oia iura cōia. Et itez ab ordiatōe iudicis ad quē appellez. qd̄ fieri p̄t in tali sc̄da istātia. z pcedet i etiā sic sup̄dictū ē z deductū in secūda instantia nil addito nilqz remoto. Nec sufficiant quādo appellatur a grauamine extraiudiciali.

### De appellatōe a diffinitua snia. xxvij.

